



5.1
1



Xa
3463

REVERENDISSIMO SERENISSIMOQUE
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO
MAURITIO
GUILIELMO,

POSTULATO ADMINISTRATO-
TORI EPISCOPATUS NUMBUR-
GENSIS, DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ,
MONTIUM, ANGRIÆ WESTPHALIÆQUE, LANDGRA-
VIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ ET UL-
TRIUSQUE LUSATIÆ, PRINCIPI COMITATUS
HENNEBERGICI, COMITI MARCÆ ET RA-
VENSBERGÆ, DYNASTÆ RAVEN-
STEINII, &c. &c.

PRINCIPI AC DOMINO SUO LONGE
CLEMENTISSIMO,

ET
SERENISSIMÆ EJUS CONJUGI,
DOMINÆ

MARIÆ AMALIÆ,
ORTÆ STIRPE ELECTORALI SERENISSI-
MORUM MARCHIONUM BRANDENBURGICORUM,
DUCI SAXONIÆ, JUL. CLIV. MONT. ANGRIÆ
ET WESTPHALIÆ &c. &c. &c.

DOMINÆ SUÆ INDULGENTISSIMÆ

DE
CELSISSIMO HÆREDE,

JUVENTUTIS PRINCIPE,

D. XII AUGUSTI *et Isce* MAXIMO SUBJECTORUM

OMNIUM GAUDIO NATO,

ET D. XVI. EJUSDEM MENSIS RENATO, SCHOLA EPISCOPALIS

D. XX. AUGUSTI HOR. II,

QUA PAR EST PIETATE GRATULABITUR.

PRO CERUM, PATRONORUM, AMICORUM


PRÆSENTIAM

MAGNOPERE DESIDERAT

M. Gottfried Gleitsmann/Rect.



Typis HUCHONIS.



Uod precati Domino rerum omnium ac Moderatore DEO sumus, eo tempore, cum auspici-
mam Saxonis gentibus lucem, hoc est, REVE-
RENDISSIMI SERENISSIMIQUE PRINCIPIS
AC DOMINI, DOMINI MAURITII

GUILIELMI, POSTULATI ADMINISTRATORIS

EPISCOPATUS NUMBURGENSIS, DUCIS SAXONIAE, JULIAE, CLIVIAE, MONTIUM, ANGRIAE WESTHALIAEQUE &c. &c. PRINCIPIS AC DOMINI

NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI, omnis felicissimi Natalem rite ac pie concelebravimus; ac nos votis omnes obstrinximus, si REX ille summus PATRIAE PARENTEM INCLYTISSIMUM cum CELSISSIMA DOMO Episcopatus huic & caeteris subjectis omnibus sospitem, saluum & florentem servavisset, NOVIQUE SIDERIS SAXONICI, ac tantarum virtutum HAEREDIS exortu beasset; ex sanctissima sponse nostri fore muneris, ut

maiores, quam unquam, caelesti providentiae gratias persolveremus, laetioribusque ac pluribus gratulationibus uteremur: ejus devotionis convictos nos esse iudicio bonorum omnium, totius congratulatione Germaniae, & concordissimo tum Saxonorum, tum Brandenburgicorum civium testimonio, gaudemus vehementissimeque nunc laetamur.

Neque enim solum PRINCIPIS indulgentissimo, ejusque Serenissimae CONJUGI & FILIAE Celsissimae fortunam divinitus adjunctam esse prosperrimam, & regionibus nostris sub clypeo Saxonico tranquilla & placata esse omnia intelligimus; verum etiam ille ille dies felicissime tandem illuxit, quo Benignissima MATER PATRIAE, virtutis eminentissimae PRINCEPS, MARIA AMALIA,


BRANDENBURGICA, desideratissimam STIRPIS MASCULAE PROLEM denuo edidit. Incredibilis & pene divina erat laetitia voluptas, qua ante decennium, & quod excurrit, VII nimirum Kal. April. cl. loc. xc, divino beneficio fruebamur; cum ex laetissimo & omni parte fortunato matrimonio Serenissimorum PRINCIPUM nostrorum prodiret lectissimum castissimi tori pignus, FRIDERICUS GUILIELMUS; quem virtutes & actiones omni laude majores tum PARENTIS Reverendissimi, tum AVI materni, Potentissimi MARCHIONIS & ELECTORIS BRANDENBURGICI, FRIDERICI GUILIELMI MAGNI, contemplaturum olim, & ad utriusque se imitationem totum futurum esse, spes non levis animos subibat. Sed ut nunquam

fruebamur; cum ex laetissimo & omni parte fortunato matrimonio Serenissimorum PRINCIPUM nostrorum prodiret lectissimum castissimi tori pignus, FRIDERICUS GUILIELMUS; quem virtutes & actiones omni laude majores tum PARENTIS Reverendissimi, tum AVI materni, Potentissimi MARCHIONIS & ELECTORIS BRANDENBURGICI, FRIDERICI GUILIELMI MAGNI, contemplaturum olim, & ad utriusque se imitationem totum futurum esse, spes non levis animos subibat. Sed ut nunquam

fruebamur; cum ex laetissimo & omni parte fortunato matrimonio Serenissimorum PRINCIPUM nostrorum prodiret lectissimum castissimi tori pignus, FRIDERICUS GUILIELMUS; quem virtutes & actiones omni laude majores tum PARENTIS Reverendissimi, tum AVI materni, Potentissimi MARCHIONIS & ELECTORIS BRANDENBURGICI, FRIDERICI GUILIELMI MAGNI, contemplaturum olim, & ad utriusque se imitationem totum futurum esse, spes non levis animos subibat. Sed ut nunquam

fruebamur; cum ex laetissimo & omni parte fortunato matrimonio Serenissimorum PRINCIPUM nostrorum prodiret lectissimum castissimi tori pignus, FRIDERICUS GUILIELMUS; quem virtutes & actiones omni laude majores tum PARENTIS Reverendissimi, tum AVI materni, Potentissimi MARCHIONIS & ELECTORIS BRANDENBURGICI, FRIDERICI GUILIELMI MAGNI, contemplaturum olim, & ad utriusque se imitationem totum futurum esse, spes non levis animos subibat. Sed ut nunquam

fruebamur; cum ex laetissimo & omni parte fortunato matrimonio Serenissimorum PRINCIPUM nostrorum prodiret lectissimum castissimi tori pignus, FRIDERICUS GUILIELMUS; quem virtutes & actiones omni laude majores tum PARENTIS Reverendissimi, tum AVI materni, Potentissimi MARCHIONIS & ELECTORIS BRANDENBURGICI, FRIDERICI GUILIELMI MAGNI, contemplaturum olim, & ad utriusque se imitationem totum futurum esse, spes non levis animos subibat. Sed ut nunquam



M. S. Bibliotheca Electoralis

nunquam fortuna obliviscitur moris sui, & solita ludere per-
tinax, jucunda tristibus, & vicissim amara lætis miscet: ita nec
hoc nostrum diuturnum esse gaudium passa est. Namque
paulo post, ipsis scilicet Idibus Majis ejusdem anni, cum
horti, campi & prata essent formosissima, appropinquavit
fatalis illa hora, tum clementissimis patriæ PRINCIPIBUS,
tum nobis omnibus perluctuosa & acerbissima, qua suavissi-
mus ille flosculus celeriter & præter expectationem omni-
um marcuit atque decidit. Quod damnum maximum et si
farcire divina videbatur benignitas, tres indulgendo conti-
nua serie puellas celsissimas: tantum tamen aberat, ut altissi-
mum vulnus istud ad cicatricem plane perduceretur; ut
contra duro ac tristi obitu & CAROLINÆ AMALIÆ, quæ
Nonis Septemb. clō Ioc̄ xciv & SOPHIÆ CHARLOT-
TÆ, quæ VI Idus Jun. clō Ioc̄ xcvi in sua resoluta est ini-
tia, non mediocriter recrudesceret. Sola igitur supererat
DOROTHEA WILHELMINA, filiarum ut natu maxi-
ma; sic virtutibus tantorum PRINCIPUM Sobole di-
gnis florentissima, & vel hoc nomine unici SERENISSI-
MORUM PARENTUM amores, unicæ deliciæ. Quæ ve-
ro cum & ipsa perfectam percipere voluptatem PAREN-
TES CELSISSIMOS nequaquam posse cognosceret, si de-
esset Filius, qui salus, tutela & solatium patriæ ac subjecto-
rum esset in posterum; FRATREM dulcissimum videndi,
qui post annos quamplurimos in SERENISSIMI PATRIS
cedentis veniret locum, & hæreditatem ejus cerneret at-
que adiret, desiderio flagravat maximo. Hujus desiderii
expleram esse expectationem, læti nunc & erecti sentimus o-
mnes ac videmus. O diem illum memorabilem, nobisque re-
ligiosissime colendum, et in fastis eximia alicujus notæ adje-
ctione signandum, qui, annuente propitio cælo, tantum nobis
decus, tantum præsidium est elargitus! Qui quidem dies, in ka-
lendaris *Claræ* nomen exhibens, nunc vere *clarus* & illustris
est, postquam eo lux est exorta *clarissima*, quæ noctem quan-
dam rebus offundi nostris neutiquam patietur. O felicissi-
mum DEO que suo dilectissimum Parentem MAURITIUM
GUILIELMUM, qui ut pius, fortis, beneficus est, atque ex
æquo bonoque omnia metitur; ita lætanti animo Filium ad-
spicit, in Paternos mores summa cum laude abiturum! O for-
tunatissimam Matrem MARIAM AMALIAM, quæ edito
tam charo, tam pulchro, tam jucundo pignore non solum
eos, qui parent, sed exteros etiam populos, quotquot nimi-
rum hostium Evangelii dolos detestantur atque machinas,
in perpetuum sibi devinxit! O DOROTHEAM WILHEL-
MINAM ipsam quoque beatam, quæ Fratrem novellum, ju-
ventutis PRINCIPEM, suaviter osculari, arctissime com-
plecti, eidem bene precari, & ex ejus ortu faustissimum o-
men futuri temporis felicitate summa transfigendi capere po-
test! Uti autem DEUS immortalis tanti boni, quod incre-
dibilem nobis attulit lætitiâ & eandem indes mirifice
adaugere, autor solus est: sic illud ad eum solum pio gratoque
animo referimus, ejusque propterea Numen sanctis voci-
bus

Xg 3463 A

bus laudamus. Idem Pater æternus posthac etiam tenellum hunc PRINCIPEM respiciat, turetur ac protegat; eidem robur & felicitatem addat, ut sit pius, *pacificus*, magnanimus; uno verbo, Princeps sui nominis, hoc est, FRIDERICUS AUGUSTUS, & educatio ejus summi Numinis ipsius honorem, PARENTUM SERENISSIMORUM gaudia, ecclesiæ salutem, reipublicæ commodum maximopere, & alat & *augeat*. Suscipiat ac defendat Parens rerum, & Rector universi PATREM PATRIÆ clementissimum; corporis & animi largiatur ei firmitatem; stabiliat & communiat ejus imperium; addat vitæ diuturniorem moram, ut sub eo, quod laudabile, rectum & honestum est, subjecti omnes curent, & pie, pacate, tranquille ætatem conterant. Serenissimæ PRINCIPIS nostri CONJUGI vires, quæ partum edendo extenuatæ videntur esse, clementissime reddat ac restituat, robore eam suo confirmet & cum celsissima PROLE florentem, integram incolumemque quam diutissime conservet, ut redeunte sæpissime illo jucundissimo die, quem Idus Augusti, mensis nobis vere Augusti, excipiunt, cives omnes cum universa Domo SAXONICA magis magisque exultent ac triumphent. Audiat DEUS has preces nostras, & votis etiam illis annuat, quæ crastino die, Hor. II Lyceum Episcopale olim suscepta persolvat, & pro salute PRINCIPUM nostrorum Indulgentissimorum in posterum solvenda, nuncupabit. Ingratissimæ enim omnium essent Musæ nostræ, quæ a PRINCIPLE semper propitio tantopere ornata, auctæ, defensæ sunt, si hoc tempore lætifico, quo ex animo subjectissime devoto gratulantur omnes, suum prætermitterent officium. Totius ergo scholæ nomine juvenis ingenio, studio & virtute præstantissimus,

Gottlieb MARTINUS Schubert/
Lipsiensis,

honestissimis editis parentibus, pro illo summo beneficio gratias immortales aget DEO Servatori, FRIDERICI AUGUSTI CELSISSIMI salutem eidem quam diligentissime commendabit, & futuræ felicitatis vota pio affectu purisque precibus concipiet, oratione simul Latina *Principum liberos cum surculis* comparaturus. Cui solennitati ut utriusque reipublicæ Summi PROCERES & omnes hujus civitatis literati, quibus Serenissimorum PRINCIPUM nostrorum & patriæ felicitas curæ cordique est, confessu honorifico & frequente intersint, & benevolentiaæ suæ aura juvenis optimi sermonem provehant, quo possumus erga quemvis studio oramus atque rogamus. PP. Cizæ XIV Kalend. Sept. clo 1000.



me

1000



ULB Halle
004 533 399 3





5.17, 44

179

Xa
3463

REVERENDISSIMO SERENISSIMOQUE
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

MAURITIO

GUILIELMO,

POSTULA
TORI EPIS
GENSIS, DUCI
MONTIUM, ANG
VIO THURING
TRIUSQUE L
HENNEBER
VENSBERG

ISTRA
UMBUR
Æ, CLIVIÆ,
LANDGRA
NIÆ ET UL
MITATUS
ET RA.

PRINCIPI AC

O LONGE

SERENISSIMO

IN FUGI,

MARI
ORTÆ STIRI
MORUM MARCI
DUCI SAXON
ET V

LIÆ,
SERENISSI
IRGICORUM,
ANGRIÆ

DOMINÆ

TISSIMÆ

CELSIS

REDE,



QUA PAR EST PIETATE GRATULABITUR.
PROCERUM, PATRONORUM, AMICORUM
PRÆSENTIAM
MAGNOPERE DESIDERAT

M. Gottfried Gleitsmann/Redt.



Typis HUCHONIS.

